



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

De Missis sine cantu ab Episcopo celebrandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

De Missis sine cantu ab Episcopo celebrandis.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus, quibus diebus Missam privatim celebret.
- 2 Et ubi.
- 3 Eo celebrante eius familie assistentia.
Episcopo Missam celebrante in eadem Ecclesia à nemine alio Sacerdote celebrentur. De Missa, & Vesp. Pontif. nu. 9.
- 4 Quoin Altari Episcopus celebrauit, à Sacerdote alio eod die non celebrandum.
- 5 Quando verò is non celebrat, intersint, quidque etiam ea in re uent.
- 6 Quae supellex in eisdem Missis adhibenda.

1. de frequē.
diuini sacrifi-
cii oblatio-
ne.
Heb. 2.



VM Pontifices, ut inquit Apostolus, ex hominibus assumpti, pro hominibus constituuntur in ijs, quae sunt ad Deum, ut offerant dona, & Sacrificia pro peccatis: Episcopus Dominicis, & reliquis festis diebus, nisi iure impediatur, Missam celebret.

4 de Episco-
pis.

Missae sacrificium frequentius celebrare studeant, Dominicis verò, festisque diebus, nè id prestare omittant, et Concilii prouincialis primi decreto.

2 Hoc verò ipsum facere curent crebrius in Ecclesia, quam in priuatis oratorijs.

Tum præterea Missae sacrificium facere studeant, quibus diebus Ecclesias, Altaria, aut Campanas consecrabunt, aut cetera, eaque reconciliabunt, & alia eiusdem generis Episcopalia munera obibunt, illis præterea diebus, quibus Ecclesiastica beneficia conferent, & generalia clericorum, qui initiandi sunt, & confessoriorum examina habebunt, ceterasque denique grauiore consultationes, & deliberationes injbunt.

3 Episcopo Missam celebranti, vel audienti, frequens familia adsit.

3 de ijs, quae
pert. ad Missae
sacrif.

4 Quod ad Episcopalis ordinis obseruantiam in Ecclesia institutum est: id dinceps seruetur; ut quo in Altari Episcopus Missae sacrificium fecit, nè illo die in eodem alius quiuis sacerdos faciat, nisi illius consensu.

4. ibidem.

5 Cū aut ob causam sacrificium non faciunt, religiosè intersint. Nec

Nec verò, cum adfuturi sunt, Sacerdotem Capellanum, sacrificiè di cantu indutum, ad Altare in mora esse velint, aut expectare patià- tur; dum ipsi alijs rebus incumbunt. Prius autem sacrum facere, aut im- pediti, ei interesse studeant, quàm alias occupationes, actionesve exter- nas suscipiant, gerantve.

6 Eadem supellex adhibenda, quæ suprà titulo de supellectile Missa- rum, &c. Episcopaliū præscripta est; ijs exceptis, quæ Missis Pontifi- calibus celebrandis, & alijs ministeriis Episcopaliū agendis, cæremoni- ali Romano designata reperitur.

Quæ hic adsint, videantur in titulo de vita, & hon. Episcoporum.

De Missis Conventualibus, tam in Cathedrali, quàm in Collegiatis, & alijs Ecclesijs celebrandis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Missæ, Dominicis, & festis duplicibus à quo in Cathedrali, & colle- giatis canenda.*
- 2 *Diebus alijs à quibus id præstetur.*
- 3 *Eam non celebrans, ut mulctetur.*
- 4 *Impeditus, quid faciat.*
- 5 *Diaconus, & Subdiaconus sacris vestibus induti festis diebus, & quando ferialibus Canonico Sacerdoti celebranti ministrent. Vbi et ferialibus diebus sic induti omnino inseruiant. 6.*
- 6 *Quando Canoniorum loco alij duo suffici possint.*
- 7 *Episcopi officium in deputandis qui inseruiant in munere Subdiacona- li, & Diaconali. 10.*
- 8 *Canonici Diaconi, & Subdiaconi, quibus diebus sacram Eucharistiã sumant.*
- 9 *Idem quid amittant deficientes in ministrando pio officij sui mune- re.*
- 10 *Munere verò nemini assignato, à quo assignandum. 7.*
- 11 *In elevatione corporis Domini cum Missa Conventualis, vel parochia- lis celebratur, pulsanda campana. 12.*
- 12 *Dumque ea celebratur, ab alio Sacerdote Missæ sacrum non facienã.*
De Missa, & Vesp. Pontificalibus, num. 9.
- 13 *In Missa Conventuali, quid canendum.*
- 14 *Symbolum totum à choro cantandum.*
- 15 *Quando plures Missæ cantandæ.*
- 16 *Pœna Capitulo illas omittenti.*
- 17 *Missæ in aurora Natalis Domini, canenda.*

Absens